

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Elemosina af
cum fonte primo

Mundari prius debet animus qui elemosinam prebet
quia omne quod datur Deo, ex dantis mente pensatur.
Et ab omnipotente Deo munus ex manu non accipitur
quod corde obligato in malicia offertur.

Gregorius in moralibus.

Qui autem dat et minime dimittit,
omnino misericordiam nullam facit, quia
→ ab omnipotente Deo munus ex manu non accipitur,
quod corde obligato in malitia profertur.
Mundari etenim debet prius animus qui eleemosynam praebet,
quia omne quod datur Deo ex dantis mente pensatur.
←
Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 22.14
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1112, ll.17-23).